Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36537
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Tunc aliquando est nota presentis temporis aliqui nota eternitatis. Secundum quod est nota temporis ait daniel. Tunc rex nabuchodonosor cecidit in faciem suam et adorauit daniele. Secundum quod est nota eternitatis dicit in psalmo. Tu es deus qui resistis et cetera. Per est nota temporis. Aliqui unguit eum oleo domino. Et tunc imponebant manus super illos et accipiebant spiritum sanctum. Daniel. Tunc daniel interpretationem nocte revelatum est. Aliqui eum oleo bono. Sap. Si sapientiam vocaueris tunc intelliges sermonem domini. Daniel. Tunc accessit nabuchodonosor ad hostium fornacis ignis ardentis et ait sydrach misach et abdenago servi dei excelsi egredimini et venite. Daniel. Tunc rex premonuit sydrach misach et abdenago in provincia babylonis. Daniel. Tunc daniel requisiuit de lege atque sinia. Daniel. Tunc arioch festinauit introduxit daniele ad regem. Aliqui eum oleo indifferenti. Daniel. Tunc nabuchodonosor obstupuit et ait optimatibus suis. Nonne tres viros misimus in medio ignis compeditos et c. Daniel. Tunc coniecta sunt pariter ferrum et argentum et aurum et redacta quasi in fauillam estiue areae que rapta sunt vento. Aliqui etiam unguit eum oleo malo. Daniel. Tunc repletus est nabuchodonosor furore et aspectus faciei illi immutatus est super sydrach misach et abdenago et precepit ut succenderetur fornax septuplum et etiam. Et ait. Tunc abiit unus de duodecim qui dicitur iuda scarioth et c. Per est nota eternitatis. aliqui unguit eum sententia saluationis. Et ait. Tunc dicet rex his qui ad dextris eius erunt. Venite benedicti patris mei et c. et secundum hoc subdit ibi. Tunc respondebunt iusti dicentes. Vidimus te in dum esurientem et pauimus te. Aliqui unguit eum sententia damnationis. Et ait. Tunc dicet et his qui a sinistris eius erunt. Discedite a me maledicti in ignem eternum. secundum quod etiam subdit ibi. Tunc respondebit ei et ipsi dicentes. Vidimus te in dum esurientem et c. Sapia. Tunc inuocabit me et non exaudiam et c. Primum tunc est mutabile. Sap. Sic regis manus dei est et quo voluerit inclinabit illud. Job. Qui fios egredit et contrit et c. Daniel. Ipse mutat tempora et regna transferet atque constituit. Secundum erit inuariabile. Apoc. Iurauit per viuentem in secula seculorum quia tempus non erit amplius sup multa scilicet existentia dierum. Et ait. Tunc iusti fulgebit sicut sol in regno patris eorum. Paulus. Tunc fiet sermo quod septus est. Absorpta est mors in victoria.

Tale aliqui notat diuina essentia Symboli. Qualis pater talis filius. Aliqui notat excellentiam rei de qua agitur. Ys. Cuius audiuit unquam tale aut quis iudit hiis similia. Iudicii. Quid enim tale fecimus quale nos fecistis. Nonne melius iacemus efraym iuxta emisis abieler. Aliqui notat mediocritatem rei de qua agitur. Huius. Descendit dominus in columna nubis. et stetit in introitu tabernaculi. iuxta aaron et maria. dixeque ad eos. Si quis fuerit inter uos ipsa dei. in visione apparebit ei. uel per somnium loquar ad illum. at non talis ut seruus meus moyses. quoniam domo mea fidelis sum et ore eius ad os loquar ei palam. non per enigmata et figuras dei. Aliquando etiam notat culpam et iniquitatem rei de qua agitur. Paul. Cum enim iusticiam dei cognouissent non intellexerunt quoniam qui talia agunt digni sunt morte. Paul. Existimas autem hoc homo qui iudicas eos qui talia agunt et facis ea. quia tu effugies iudicium dei. Secundum quod notat diuina essentia est singulare. nec habet aliquid aliud similis. Ps. Non est similis tibi in dis domine. Ps. Quis sicut dominus deus noster qui in altis habitat. Iudith. Non enim quasi homo sic deus comminabitur nec sicut filius hominis ad uiacundiam inflammatur. Iudith. Non enim altum dominum nec eum per iram iudicium. Deus celorum et terre aquarum et dominus omnium creatur. Iudith. Et dominus nomen est illi. Ps. Dominus nomen est ei. Apoc. Et habet in femore suo et in